

quiescit sabbatum. Tercia qua velut a morte re-
surgit. resurrexit enim ante diem triduum ergo
dominice mortis quod perfici nequirit eo respe-
ctu quod ipse est a iudeis trucidatus eo transponit
quod suis ipse manibus imolatur. cuius quod rei illud
magnū est iudiciū. quod in nocte cene luminari-
bus extinctis vigilias celebramus. Sic quod fit ut in
quinta feria quasi sexta in duplum manna colli-
gatur quoniam in hac die quasi in sabbato non
inuenitur. Tercia ratio est. quia ecclesia corpore
illud quod flagellis et spinis et contumelijs ista
die reuera affectum est. non debet missarum cum
solennijs celebrari. quoniam veniente veritate
debet cessare figura. Tercio quia oblata est
hostia de manibus cristi et nostris. Non ergo
sacrificent amici dum trucidant inimici. sed tam-
quam quia semper indigemus communionem et semper
est tempus communicandi. sacerdos ipsum cor-
pus recipit in hostia et die antecedenti reserva-
ta. Quarta ratio est quoniam hac die velum
templi scissum est. et cornua altaris transfusa
sunt. et ita non habemus ubi corpus cristi con-
ficiatur. Quinta est. quia scilicet recessit et sub-
latus est verus sacerdos. id est christus sponsus
ecclesie. descendit enim ad inferos. Sextam ra-
tionem ponit Innocentius papa dicens. quod iso-
phorus in die parasceue et in sabbato sancto sacramen-
tum non celebratur quia constat apostolos istis
duobus diebus in merore et tristitijs fuisse. et
se propter metum iudeorum occultasse. Missa enim
que in ipso sabbato celebratur. non ad ipsum sab-
batum sed ad diem pertinet subsequentem ut in
ferat dicitur. Septima. quia moyses ait. vos ta-
cebitis. et alius scilicet christus pugnabit pro vo-
bis. torcular enim calcavit solus. Cum igitur
hac die non sit corpus domini conficiendum. ad
hanc diem reseruantur est. hoc sexta feria et ab
ista omnes alie sexte ferie privilegiate sunt pro-
pter christi passionem. sicut et a sequenti domini-
ca omnes alie dominice propter eius resurrectionem.
Sunt autem huiusmodi sexte ferie sex pri-
uilegia. scilicet christi immolatio. inferni spoliatio.
mortis concussio. humani generis redemptio
paradisi apparicio et scripturarum manifestatio.
In parasceue vno solo cibo vescimur. quia christus
ea die vnum scilicet latronem sibi incorporauit.
dicens. hoc die mecum eris in paradiso. Vnde
ipse dixit singulariter sum donec ego transeam

De sabbato sancte pasche.
Equitur videre de sabbato sancte pa-
sche. Sane sicut deus operibus crea-
tionis mundi. scilicet in septem diebus
completis in septima requieuit ab om-
ni opere quod patrarat. Sic et in sexta etate recre-
ationis operibus consumatis. iuxta quod dominus
in cruce pendens dixit. Consumatum est. in. vii.
etate requieuit. Cum enim anima eius passibili-
tate corporis exiit quodammodo requieuit et pro-
perea in sepulchro dormiuit. id est quod dies ista sabbatum

appellatur. quod requies interpretatur. ut di-
ctum est in prohemio secunde partis. quod anti-
thronomacice sabbatum sanctum dicitur eo quod ut
premissus est significat requiem cristi ab opere
recreationis in fine septe etatis. vel propter re-
quiem cristi. in cuius morte sanctificati sumus.
dicitur etiam sanctum propter baptismum quod
fit in die ista in qua noua ecclesie proles sancti-
ficatur. Hec autem dies sicut et precedens nul-
lum habet officium diuinum in quo constat apo-
stolos fugisse et in merore fuisse. nam officium
quod cantatur est noctis diei dominice scilicet
resurrectione. non de sabbato sicut et contingit
in sabbatis quatuor temporum. quod apparet
ex eo. quia dicitur in certi benedictione. hoc est
nox. et in collecta missa. Deus qui hanc sacrati-
simam noctem. Vnde antiquitus totum officium
nocte dicebatur. et adhuc in plerisque locis fit
Primo ad notandum quod catholici quorum est
ipsum officium consueuerunt cum christo per bap-
tismum resurgunt cum ipso. Secundo propter
uisceracionem mulierum ad sepulchrum domini
mane venientium. Tercio quia dominus de no-
cte resurrexit secundum iherosolimitanos. et ambrosio. et ideo tam-
to lumine illustrata est ex domini resurrectione
merito tunc vigilare et deo laudes canere debe-
mus. traditio quod iudeorum est. christum media no-
cte venturum in cuius figura angelus transiit
media nocte percuciendo primogenita egyptiorum.
et dominus transiit protegendo populum suum. et
iherosolimitanos. inquit tradicionem apostolicam per-
mansisse in die vigiliarum pasche ante noctis me-
dium. dimittere non liceat populos expectantes
cristi aduentum ut resurgenti saluatori occur-
rant. et postquam tempus transierit securitate
presumpta festum euadentes agere diem. Sed
quia quod pro deuotione fuerat institutum in-
minus honestas actiones quibus nox facultate
prebet conuersum est. institutum fuit ut officium
ipsius noctis de die celebraretur. de hoc tactus
est in prohemio quarte partis. et in quinta parte
sub titulo de nocturnis. Augustinus tamen di-
cit dominum in diluculo surrexisse. et ipsum per
sexaginta horas mortuum siue in sepulchro ex-
stitisse. cui ecclesia consentire videtur. que pro
resurrectione matutinum eadem celebrat hora
Silet ergo ecclesia usque in horam decimam et
tunc congregantur ad officium celebrandum quoniam
resurrectio appropinquat videlicet circa vespere
noctis que lucescit in prima sabbati et quam per
totam noctem usque ad diei claritatem contin-
uat et illud impleatur. Nox illuminatio mea in de-
licijs meis. et nox sicut dies illuminabitur.
Tribus autem de causis dicitur hanc diem illumi-
nata. Primo quia resurget in delicijs nostris
propter redemptionem seu resurrectionem ani-
marum que licet sit in die parasceue. morte domini
recuperata. eius tamen gaudium et leticia est
ad hanc noctem translata propter rationem po-
sitam sub quinta feria cene domini. ubi agitur

de olei consecratione. Secundo propter resurrectionem corporum que domino resurgenti prima sabbati speratur futura. ideo que vigilamus et resurgenti vigilando concinimus. Tercio pro baptismi sacramentum quod hodie celebratur quoniam ab illis causis sumpsit exordium et illarum nobis tribuit fructum. Celebratur enim hac die cathecuminum officium ut ipsi christo conscripti per baptismum in morte cum eo resurgant. hec ergo nox pascha dicitur quod transitus interpretatur. quia transit dominus de mundo ad patrem. de morte ad vitam transiit et nos. pascha enim nostrum ymmolatus est christus. de hoste ad patrem. de tenebris ad lucem. de reatu ad gratiam. de pena ad gloriam. de pugna ad victoriam. hec nox siue pascha in qua resurrexit dominus. xv. lun. mensis primi id est aprilis qui est primus apud hebreos. qui computantur mensis secundum lunam cursum. ideo quidem in mense primo resurrexit. quia ipse est principium. Item ideo in luna decimaseptima ut per obseruacionem decalogi perduceret nos ad eternam requiem sabbati sui. resurrexit igitur cum luna alta petit ad designandum quod ecclesia petere debet alta virtutum et scandere ad templa celorum. Item in tertia ebdomoda lune resurrexit. per quod tertium tempus scilicet gratie aduenisse significauit. et inde est quod cum semper in lunacione aprilis et in plenilunio hanc solemnitatem ex iussu domini celebremus. quibus in nostro aprili. et quandoque in marteo eam solemnitatem famus. sed eorum post. xij. lunaciones constituitur inuitur quod per decem legis et duo caritatis precepta ad resurrectionis gloriam peruenimus. Si vero eam post. xij. lunaciones obseruamus inuitur quod per decalogum et trinitatem peruenimus ad gloriam eternitatis. Adhuc ideo hec nox in plenilunio celebratur quoniam luna ubi bar luminis a sole mutuatur. luna est ecclesia sol christus. qui dum occidit occiditur. sed cuius occasu ecclesia gracia et plenitudine illustratur. Item hec nox in qua christus resurrexit. equi noxio transacto quando scilicet dies incipiunt. crescere et esse maiores noctibus celebratur. Primo. quia post ignorantiam prolongatur de deo sciencia et ibi habundauit iniquitas et super habundauit gracia. Secundo quia virtutes in nobis crescere et vicia superare debent. Tercio quia eius resurrectionem tenebre mortis ceperunt minui. et dies vite incipit augeri. Quarto quia per ipsum qui est lumen de lumine peruenit ad diem lucis eterne. Item hec nox celebratur in vere quia post hiemis asperitate flores vernant et volucres iubilant. quia pulso per fidei gelu mundus floruit pulchritudine virtutum. et in omni tertia exiit sonus eorum. hec nox est vtriusque diei communis scilicet sabbati precedentis et dominice sequentis. Nam usque nunc dies preceperant noctem. nunc econuerso fit. conditor enim temporis fecit. ut a principio dies natural

precederet noctem secundum quod dicit scriptura. Fiat lux. et facta est lux et ea precedente per superioris emisperium ab oriente in occidentem factum est mane. precessit ergo dies noctem in signum quod homo siue adam transiurus erat de luce virtutum in tenebras viciozum. siue quod homo a die paradisi. descenderet ad noctem inferni. Sed in resurrectionis nocte artificialiter fecit dominus. ut nox reciprocando precederet diem in signum reparacionis secundi ad eum qui nos per suam resurrectionem de peccatorum tenebris reparauit ad lucem. Unde apostolus. Nox precessit. dies autem appropinquabit. Seriatim huius diei officium persequentes dicemus. Primo per quem quomodo et quare agni de cera hac die fiant. Secundo de benedictione cerei. Tercio de benedictionibus et tractatibus. Quarto de benedictione baptismi siue fontium. Vbi etiam agitur de cereis cathecuminum. Quinto de baptismo vbi agitur de vestibibus. quas neophiti octaua die deponunt. et de patronis. Sexto de confirmacione. Septimo de missa.

In primis itaque hac die acoliti ecclesie rosmane faciunt agnos de cera noua benedicta vel de cera cerei paschalis agni precedentis admixto crismate. qui in sabbato in albis in ecclesia per dominum papam populo distribuunt. Agni isti significant agnum illum immaculatum qui tollit peccata mundi. Cera significat eius humanitatem sicut beatus gregorius dicit. mel in cera diuinitas in humanitate. Apis quidem qui operatur in ceram cum melle nulla resoluitur libidine et beata virgo cum qui est deus et homo concepit sine virili semine. In cera admiscetur oleum seu crisma quia dominus noster plenus est misericordia que per oleum designatur. In octaua distribuuntur. quia in octaua resurrectionis dominus suis premia distribuit. Rursus agnus in agno cereo prefiguratus et in pascha immolatus ad memoriam reducitur. cui beatus gregorius oleum infundi instituit. qui paschalis agni misteria reseruit. huius etiam cerei agni figurant agnos nouellos. de quibus ecclesia cantat in sabbato. et in albis. et ideo quandoque in illo sabbato fiunt quod etiam versus apostolicus docet quem in dominica tunc sequenti dominus papa mensam intrare et agnos cereos capellans et familiaribus suis distribuere volente. Septimo acolitus sollemniter portans et presentans sibi agnos ipsos. dicit ter alta voce. domine. domine isti sunt agni nouelli qui annunciarunt alleluia. modo venerunt ad fontes etc. Vbi agni a fulgore et tempestate fideles et credentes defendunt propter virtutem consecrationis et benedictionis. Sane secundum quarundam ecclesiarum consuetudinem cereus distribuitur in octaua pasche populo ad suffumigandas domus ad significandum quod in vltima resurrectione christus fidelibus in premio tribuetur. ad quod expressius significandum romana ecclesia agnos fecit.

Super tabernaculos.

Secundo loco paschalis cereus benedicitur. Circa quod sciendum est quod in principio officij totus in ecclesia debet ignis extinguere et nouus de lapide percussus cum calibe vel ex crystallo soli obiecta debet elici et de sacramento foueri. Ignis vetus veterem significat legem cuius figure in morte cristi complete fuerunt et ite velut extincte cessare debuerunt. Sed de lapide id est de cristo qui est lapis angularis qui verberare crucis percussus spiritum sanctum nobis effudit. vel de crystallo inter solem et lunam mediante id est cristo qui fuit mediator inter deum et hominem. qui sicut ipse testatur ignem in terram mittere venit. Nouus ignis elicitur. dum per eius passionem vel resurrectionem spiritus sanctus nobis effunditur cui prebet alimenta sacramentum id est cristus qui est vitis vera cristallus quoque per lucida est cristus humanitas est resurrectione splendidissima. Ad hoc nouus ite benedicitur ut sicut ille qui est lumen indeficiens. illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum igne illuminauit moysen ita illuminet sensus et corda nostra ut ex his tenebris ad lumen et vitam eternam mereamur peruenire. nec est vana religio solenni processione. ad huius ignis benedictionem exire in quo meminisse debemus exiendum nobis esse ad illud quod iudei ex castra eiecerunt. Exeamus inquit apostolus ad eum extra castra improperium eius portantes. et benedicimus illum cum cruce et aqua ut nos sex passionis eius per quem spiritus sanctus accipitur locus esse significemus. Rursus extinctis ecclesie luminatibus et igne de petra cum calibe percussus. ignis aqua aspergitur benedicta quod extinctis apostolis qui lux mundi a cristo dicti sunt. de cristo petra percussus est ignis caritatis cum calibe lancee vulnerantis dum sanguis et aqua de eius corpore sacro emanauerunt a quibus efficaciaz habent sacramenta quibus mediantibus in amorem domini inflammamur aqua gratie per fusi. Et attende quod sicut his singulis diebus scilicet cena domini. pasche. et sabbato sancto ignis extinguitur. sicut volunt quidam. ut et in eis nouus ignis in memoriam passionis ut prediximus ante datur. Subsequently benedicitur cereus ex institutione zozimi. et theodori primi pape. sed beatus ambrosius benedictionem dictauit. quod Augustinus et petrus diaconus cassinensis. monachus alias benedictiones dictauerunt. que in usu non sunt. benedicitur autem ite quomam ex simplici sui natura absque benedictione non potest transire ad significationem misterij columnae ignis. de qua iam dicetur. Benedicitur etiam propter gloriam resurrectionis eius quem et pater benedixit. et quia per ipsum cristus visibiliter ad memoriam reducit. benedicitur quidem etiam presente episcopo vel sacerdote a diacono qui est minoris ordinis. quia cristus resurgens a mortuis primus marie magdalene se manifestans

voluit per debiliorem sexum gloriam suam resurrectionis apostolis nunciari. et sicut nostre mortis initium per mulierem in mundum intrauerat ita et reparacionis initium per mulierem nunciaretur. Ad hoc diaconus benedicens cereum significat euangelij predicatorem qui cristum pro nobis passionis violencia corporaliter extinctum debet laudem benedictionibus predicando resurrectionis luminosa gracia reddere illustratum qui dalmatica induitur quoniam debet esse celesti conuersacione adornatus quam dalmatica ipsa designat. Porro cereus super columnam illuminatus significat primo columnam ignis que precebat in nocte populum israel. Extinctus vero significat columnam nubis que precebat in die. prima quidem nocte illuminans et secunda in die refrigerans in qua spiritus sanctus significabatur. tenuit quidem in nobis columna nubis. figuram humanitatis et columna ignis figuram diuinitatis. Recte autem cereus columnam significat. Nam illa precessit. populum ad mare rubrum in quo baptizate sunt. iste vero precebat et neophitos ad baptismum. Item illa precessit populum usque ad terram promissionis. iste vero precebat septem diebus neophitos ad fontes et dominus nos precebat ut pararet nobis viam usque ad patriam que post finem huius vite que septenario reuoluitur nobis promittitur. Et nota quod nec in prima nec in secunda mansione columna precessit populum sed in tertia prima mansio fuit in ramate. secunda in Zegor. tertia in ethan. Ramate interpretatur commocione tinee. Zegor tabernaculum. Ethan firmum vel perfectum vel signa eius. Hec tres mansiones his tribus diebus domini coaptantur scilicet diebus passionis sepulture et resurrectionis. nam in die passionis fuit dominus quasi in ramate id est in commocione tinee videlicet in commocione iudeorum qui ad modum tinee vestem inconsutilem domini id est ecclesie vntatem. immo et ipsi demoliri visi sunt. Sed de hac mansione quasi exiit cum obiit. et venit in Zegor id est in tabernaculum cum in sepulchro latuit et tanquam fortis miles fortem diabolum ligando vasa eius dirupit. tabernacula enim militancium sunt. Sed de hac mansione exiit cum surrexit et intrauit in ethan quod interpretatur firmum seu perfectum seu signa eius quod ipse resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur tunc signaculum suum fuit cum ipse eius gloriosus apparuit. et eos tanquam columna ignis illuminauit. Secundo cereus super columnam ignis significat cristum qui nos in huius mundi nocte illuminat et in die a viciorum incendio refrigerat ut premissum est. Recte quidem cereus cristum significat propter tria que in eo sunt lichime namque animam. cera corpus et lumen diuinitatis significat.

Tercio cereus renouatus et illuminatus post benedictionem significat nouam cristi doctrinam que est in nouo testamento qui ait. Mandatum

nouum eo vobis vel gratiam nouam. quia vox dominica singulariter illustrata est. videlicet cristi resurrectione qui resurgens a mortuis apparuit in carne gloriosus et splendore diuinitatis illuminatus. huius enim cerei cereas apes mater sine concubitu eduxit. et cristi carnem virgo maria concepit et peperit. et in carne deum quasi mel in cera proferens inuoluta permansit. Incipit autem cerei benedictio. Exultat etiam angelica turba. de hoc enim est exultatio quod extraxit suos de inferno et de eius victoria. Ascendit enim super occasum dominus nomen illi. et primo salutem populum dicens. dominus vobiscum. ut illum reddat beniuolum et attentum. Ceterum lumen cerei seu eius signatio duplex est. significat. n. spiritum sanctum. quo christus plenus fuit et gloriam resurrectionis eius. secundum primum misterium in quibusdam ecclesiis cereus a principio benedictionis accenditur. quia christus ab initio sine conceptionis spiritu sancto fuit repletus. Et verba benedictionis in hoc consonare videntur. Nam statim circa principium dicitur. Gaudeat se tellus tantis irradiatam fulgoribus. Et postea subditur. Letetur mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus. et postea diaconus rogat circumstantes cum eo. misericordiam domini inuocare ad tam miram huius luminis claritatem quod licet et signato intelligatur. sed christo conueniens tamen videtur. ut et ipsum significans ei alio modo potest fieri potest. respondeat et eius similitudinem gerat. Quantum ad alterum autem misterium videlicet quod lumen gloriæ resurrectionis significat. In quibusdam ecclesiis illuminatio cerei usque post appositionem incensi deferretur. Infigit enim ipsi cereo diaconus quoniam grana thuris in modum crucis eius dicit. Suscipe sancte pater huius incensi sacrificium vesperarum. Si quidem passio saluatoris reuera fuit sacrificium vesperarum legis iuxta illud. Eleuatio manuum mearum sacrificium vesperarum quia fuit in vespera mundi id est in sexta etate factum est. et in vespera diei. quoniam grana thuris designant aromata que mulieres emerunt ut ungerent crucifixum. Emerunt enim ad litteram aromata vespera sabbati. quia sabbato suserunt propter festum sabbati. et ostendit ecclesia se illam deuotionem habere in aromatibus virtutum vel quoniam grana significant quoniam plagas in cruce receptas. post hoc aliquantulum inferius sit cerei illuminatio. quia post passionem secuta est resurrectionis gloria. et lucet catholicis ante baptismum et post usque ad octauas. ad notandum quod christus lucet ecclesie usque in diem iudicii. In cerea etiam affigitur tabula seu carta scripta que significat tabulam in qua pylatus scripsit. Ihesus nazarenus rex iudeorum quam vidimus parisi in capella illustris regis francoz. Una cum spinea corona et ferro. et hasta lancee et cum purpura. qua christum induerunt. et cum sindone qua corpus fuit inuolutum. et sponsia et ligno

crucis. et vno ex clavis et alijs reliquijs multis. Et cum cereus christum significet. merito in dicta tabula inscribitur annus domini tunc currens cum eius incarnatione. quia in cereo notatur quod christus est annus antiquus et plenus dierum. de quo in octaua parte sub titulo de anno solari dicitur. Ideo autem christus annus dicitur quia sicut in anno dierum habetur multitudo fructuum. ita et in christo fuit. et est multitudo omnium bonorum fructuum. Habet enim christus suos mentes. ut sunt duodecim apostoli et suos dies ut sunt omnes fideles suas horas ut sunt neophyti. Scribuntur etiam ibi iudicio vel hora vel epacta. Sed quibus sub titulo de anno solari dicitur. ad notandum quod hominum actiones et temporum successiones. per dei dispositionem ordinantur. In quibusdam ecclesijs additur alter cereus minor. primus maior consecratur in personam christi dicens. Ego sum lux mundi. alter in personam apostolorum. quibus ipse dominus inquit. Vos estis lux mundi. uterque cereus procedit catholicos ad baptismum. Et apostoli nos ad terram promissionis. Item christus per se illuminat ecclesiam illuminat etiam illas per apostolos. quoniam precepta diligenter intueri et obseruari debemus. quod ostenditur ex illuminatione aliorum cereorum quod ab illis duobus illuminantur. In plerisque vero ecclesijs duo alij parui cerei accenduntur a maioribus. et statuitur vno ab vna parte cerei benedicti. Alius ab alia qui significant sanctos veteris et noui testamenti qui per christum illuminati sunt et per doctrinam apostolorum et prophetarum qui cum christo concordant. Illi autem et cetera ecclesie luminaria ex igne maioris cerei accenduntur. ad figurandum quod ignis spiritus sancti a christo procedit. et quod non solum prophete et apostoli qui per duos cereos significantur. verum et omnes ecclesie fideles a christo illuminati sunt. quod ideo sunt duo. tum quia apostoli bini ad predicandum missi sunt tum quia discipuli et alij illuminati a christo gemina caritate feruent. et tamen verbo quam exemplo lucent. Possunt etiam ipsi duo cerei catholicos significare qui a lumine maioris cerei accenduntur. quoniam a lumine christi oportet et catholicos illuminari. lumen quidem christi est eius gloria et doctrina que persequentibus lectiones intelliguntur seu insinuantur.

De lectionibus et tractibus huius officij.

Cercio loco circa lectiones et circa tractus. Sciendum quod lectiones que christi gloriam et doctrinam significant. idcirco carent titulo. quia catholicis duz non sunt ciues iherusalem et scripturas ignorant et nomina ciuium iherusalem ignorant. Vnde si eis nominarentur nomina doctorum veteris vel noui testamenti. forte potius contempnerent quam venerarentur carent etiam titulo quia christus caput nostrum nondum redditum est nobis. Reguntur quoque